

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

888

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

33. *König Arnolf schenkt auf Bitten des Grafen Ebarhart dem Presbyter Isanpreht Güter in der Ortenau, die nach dessen und dessen nächsten Erben Tode den Brüdern des Klosters der heiligen Maria in Straßburg anheimfallen sollen. 888 Mai 26 Speier.*

(C.) : In nomine sanctæ et individue trinitatis. Arnolfus divina favente gracia 5
 rex. comperiat namque omnium fidelium nostrorum presencium scilicet et futurorum
 industria, qualiter quidam fidelis comes noster nomine Ebarhart petiit clemenciam
 nostram, : ut cuidam venerabili prespitero fidelique oratori nostro nomine Isanprehet
 quasdam res proprietatis nostræ sibi in proprium donaremus. cujus petitioni libenter
 annuentes ita fieri decrevimus. dedimus namque illi in pago Mortunouua vocato in 10
 comitatu Ebarhardi in locis Ouuanheim et Baldanheim nominatis hobas octo et
 quicquid ad easdem hobas jure legitimeque pertinere videtur : id est ecclesia^a ibidem
 constructa cum curtibus et casis ceterisque ædificiis, cum mancipiis, campis, agris,
 pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscacionibus, viis
 et inviis, exitibus et redditibus, mobilibus et immobilibus, quesitis et inquisitis, cultis 15
 et incultis et cum universis appendiciis et adjacenciis illuc rite pertinentibus. et jus-
 simus inde hoc nostræ auctoritatis fieri preceptum, per quod volumus atque jubemus,
 ut memoratus Isanprehet has predictas res usque ad finem vitæ suæ secure habeat,
 teneat atque possideat et potestativa manu unicuilibet suæ cognacionis propinquo
 post obitum suum simili tenore tenendas contradat. post amborum enim discessum 20
 ad cenobium sanctæ Mariæ semper virginis, quod dinoscitur infra menia Argentariæ
 civitatis esse constructum, illis fratribus ibidem servientibus domino in sustentationem
 perpetualiter redigantur ea videlicet ratione, ut annis singulis in quadragesimali
 jejuniorum tempore in nostra elemosina et illorum memoratorum extra eorumdem
 fratrum prebendam habeant, unde reficiantur et pauperes recreantur, et ipsi devocius 25
 statutis officiis in nostra oratione permaneant. si quis hanc etiam nostræ regalitatis
 concessionem irritam facere vel eam infringere voluerit, iram dei omnipotentis
 omniumque sanctorum incurrat et pedibus satane avernali pena cruciandus suc-
 cumbat. et ut hoc firmitus habeatur veriusque credatur ac diligentius observetur,
 manu nostra eam firmavimus et anulo nostro jussimus insigniri. 30

: Signum domni Arnolfi (M.) invictissimi regis. :

: Aspertus cancellarius ad vicem Theotmari archicappellani^b recognovi et sub-
 scripsi. : (S. R.)

Data 7 kalendas junii anno incarnationis domini 888, indictione 6, anno 1 regni
 Arnolfi serenissimi regis. actum urbe Spirensi; in dei nomine feliciter amen. 35

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso. Im Monogramm
 der Vollziehungsstrich erkennbar.*

*Gedruckt ebendarnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 95 nr. 120; Grandidier Hist. de Fégl. de
 Strasb. II p. j. p. 289 nr. 156. — Böhmer Reg. Karol. nr. 1038. Vergl. Dümmler
 Gesch. des Ostfr. Reichs II, 306 not. 21.* 40

a) *Nachträglich mit anderer Dinte ein m hinzugefügt.* b) *B archicappellani.*